temerarius ē, demens deſidioſus: ꝑrōptiſſimus in quodcūq; cōtigerit mutare ſententiam: ꝑfidus: incertus: uelox ꝓditor. fraudulētus. uoce tm̄ utilis & ad irā & laudē facilis. hoc ē ut q ī agēda re. pu. populo placere amittit: hōeſtis pereat cōtūeliis. Nōnulli tñ adeo īſaniūt: & temerario īpetu uel ea potius rabie ꝑcipites ferūt ut nō tātum filiorum fragrent deſiderio. & nuptiis intenti non libentius uxores conſpicentur: & pecuniaꝝ cupidi non ſic eis inuigilent: & armorum belli quoꝝ olimpicorū agonum gratias: ſtudioſi non tantopere horum ſingulis delectentur: quā qui miſeram gloriam: inanes honores: & plauſū in ſuum: detrimentum aucupantur. Quoꝝ uicem familiares maxime dolore. Inimicos uero lætitia proſequi oportet. Vos āt cliſthenis neceſſarii eū conſolaminiſi forſā iniqore aīo res hūanas patiat. Eiq; ne amplius his ſe rebus īmiſceat: ac ſi maiorē īmodū erret diſſuadetis

Autonoæ.

Argentū tibi poſt acceptas litteras morati miſſiūs exiſtimamus enim nō gratiæ modo tempus eſſe: ſed celeritatis. Tria igitur talenta: quæ petiſti: dedimus ut ſoluta pro filio mulcta: in patriā ab exilio reuocetur ne diutius profugus haberet. Ipſa nanq; experiētia plane nouimus. quam calamitoſum ſit exilium. Cæterum & alia tria ſponte noſtra dedimus: ut publicatas poſſeſſiōes recuperes. ī poſterū uero cliſthenē admoneo: ut a gerenda republica abſtineat: neue amplius his ſe exerceat negociis: in quibus publica utilitas: priuatū odium comparatur. Et licet ſuos ipſe

aff ectus nequeat moderari. Cõſobrini tamen utatur exẽplis: qui reipu. ignoratione patria pulſus: ne occupata q̃dẽ tyrannide: in ea reſtitutus ſum. Neq; adeo iucundũ principatũ exiſtimo: quã acerbũ exiliũ. Hæc ego per deos ad uos ſcribo: nõ quod quæ munera ad uos miſi dolore me afficiãt: ſed caſus ueſtros miſeratus. Neq; ut nihil ãplius uobis elargiar: ſed ut me in meliore fortuna utamini: in q̃ quem famili ares mei me utẽtur: his me promptius atq; liberalius exhibebo

Cliſtheni.

n On quod multi ſolẽt: qui quom admonitionibus nihil profecerĩt: re cõfecta: exprobrãt. id ego facere uolui: neq; iccirco hãc epiſtolã ad te mittẽdã arbitratus ſũ: ut ĩ quo p̃ter ſentẽtiã aberraſti: quom optimis meis nõ obtẽperares cõſiliis augerẽ tibi calamitatẽ. Nihil enĩ aliud mihi eiuſmodi homines moliri uidẽtur: quã conſiliũ ſuum maximis extollẽtes laudibus: qui in aduerſam fortunã inciderint accuſare: quod neq; ſuam ipſi prænorint utilitatem: neq; monitionibus paruerint. Ego uero quom impendentia tibi mala ĩtelligerem: ne his opprimereris: familiariter te admonui. Nunc in aduerſis rebus tuis: quæ utinã nunq̃ accidiſſent: ipſe quoq; tecum erraſſe: & tecum miſer eſſe mihi uideor: premonui ne accideret. Nunc autem ſeu caſu: ſeu conſulto: ita ſe res habuerit: tecũ ſimul dolore afficimur. Neq; ter aduerſa exꝑbramus fortunam: ſed p̀ro uiribus ea ne te opprimeret: contẽdimus. Hæc quom ad optimam matrem tuam ueneris: plane cognoſces. Tu uero iniquus es qui ne pa

tria quidem pulſus apud nos: ut tui amiciſſimos: exilium ſolari uoluiſti. Quod ſi alia qua uis cauſa feceris: iniquus ſane erga nos fuiſti. Sin ad eum qui te reprehenderet: quom præ monitus mihi non obtemperaueris: huc te uenire puduit: quodammodo tibi gratulor: quod tam recte ſapias. Quippe quem præteriti erroris puduit: in eundem non amplius prolapſurũ. existimandum eſt.

## .Leontidi.

m Vltis uſus es ad camarinenſes rationibus ut bellum contra me moueant. Certo tamen ſcias non recte te ſuaſiſſe: non enim inanibus uerbis: quibus nos aggreſſurus es: te ulciſcemur: ſed rebus ipſis quas experti camarinenſes. rurſus irati phalaridis periculum facere noluerunt: quom ſuauiorem me amicum experiantur.

## Ennenſibus.

e Go me uobis libertatis auctorem fuiſſe arbitror: de ea tamen non conqueror: & ſi ingratiſſimi erga me ſitis: ſed argentum quod mutuo a me accepiſtis redite quo adeo mihi hoc tempore opus eſt: ut p omnem ſiciliam pecunias mutuo petitum miſeri: Alii nobis liberaliſſime mutuarunt: ut leontini: & gellii. Alii promiſerunt: ut hyralenſes: & phintienſes. Quid igitur per duos animi uobis eſt: quom tot mutuatas pecunias nobis non redditis? quom ii in quos nullũ contulimus beneficium ſue nobis elargiant. Quod ſi illi q̃ nobis ꝓmiſerũt audierĩt ſibi nos iccirco

graues eſſe quod credita non exigimus, nunq̄d am plius quicquam nobis daturos exiſtimatis: Equidē non arbitror: ſed ſecum reputabunt. ꝙ q ſua exiger negligit. negliget etiam ſoluere creditoribus. his igit rationibus mea mihi non reddere tandem pudeat. Quod ſi hæc non pfecerint. non ignoretis eam nos ra tionem aggreſſuros: qua uos ad ſoluendum debitū compellemus.

Ennenſibus.

e X tot pecuniis quas mutuo a nobis accepiſtis: octo dūtaxat talēta: quo maxime tempore pecuniis egebamus. ut nobis ſolueritis reliquas uobis elargiri mōuimus. At uos neq; ſic modū ullū ſeruaſtis. quat tuor enim talentis ad nos ægre miſſis: reliqum ad huc retinetis. Et p deos non tam: iniquo animo hu ius pecuniæ quā largitæ gratiaꝝ damnum feriūs. Deciſio enim debiti: & ſi patiamur quattuor dūta xat talentoꝝ. īgratitudo ſupra decē detrimētū affert. Vos autem: & reddere ſimul & habere nobis gratiā iactabitis. q̄re nulla de ingratitudine ueſtra bōa ſpes relinqt. ſi quom reddendi facultatem habeatis: non tamen redditis. Quod ſi hac eſtis ſententia: quom a legatis ueſtris exhauſtum ærarium: & priuati pecūi as uos contuliſſe audiam. hoc etiam debito ueſtrā li bero ciuitatem: Vel ſi placet quæ accepit: reddere pa ratus ſū mō in reipu. utilitatem nō in eius direptores conferatis. quo fit ut pauperes publice ſitis. Quod autem in referenda beneficii gratia ſtatuas mihi eri gere pollicemini: nolite quæſo id contendere. ſimul

enim cum noſtra in uos liberalitate: hunc etiam uobis ſummptum condonamus.

Ennenſibus.

n On largitæ pecuniæ pœnitentia uiri ennēſes hanc uobis epiſtolam mittimus: ſed ut firmam a me gratiam ineatis: quom iure in periandrum animaad uerteritis. Nam quod uere ciuitas pecuniam habue/rit: ſed falſa utatur excuſatione: ut ea creditores priuē tur: inditio mihi eſt quod falſo furtum aducitis:: ſi quidem omni penitus ratione abhorret: eoſdem nūc tanq̄ pauperes eſſe & pecuniis indigere. nunc autē tā quā diuites multa ex publicis rbus ad raptores ꝓiice re. Sed aut raptoribus diuittes eē oportet: aut furibus pauperes. Quod ſi pecunias publicas tanquam diui tes raptoribus elargimī. Creditoribus autem ꝑ ciuita tis gubernatores tanq̄ pauperes denegatis Primū ꝗd ſane grauius eſt inique facitis: quom nemo uobis ī/iuria fieri patiat. Deinde lōge iuſtius eſt quod mu/tuo accepiſtis perſolueri creditori: quom diripientiū gratia non poſſitis: quam phalaride nomine īnume ris ſuis priuato pecuniis diteſcere periandrum: Itaq; licet uel pecuniis noſtris ſeruatis propriam mihi ha/bere grām: uel ꝑditis exigi etiā quas donauimus.

Hieroni.

q Vom multa de te: & de cōcione quā cōtra me ad leontinos ſtulte habuiſti dicere poſſim: nolo tamē ſupfluis uti uerbis: niſi ꝙ culicē elephas indus non curat.

Ariſtheneto.

n On iniquo animo ſenectam fero: neque tyran

nidis robur conſecuit: ſed phalaris. Tuo at̃ dolore af/
ficior: quom mihi tantopere timeas. Fatum nanq; ad
ueniet: & ſi ariſthenetus maiorem immodũ noſtri ſoli
citudine conficiantur: ſed longe moleſta. Satius ẽ enĩ
pati qui nil uereť. q̃ prius ſiqs timet: ut poeticis quoq;
exemplis ad te ſcribam. Melitenſibus.

P Erſuaſerunt mihi legati ueſtri: ut uobis pecuni
am mutuarem: quãuis in præſẽtia aſſiduis bellis his
exhauſtus ſim. Sed ut aiunt. ad amicos nulla utendũ
eſt excuſatione. Verum nolite quæſo nõnullorum
mores ſectari: qui quom mutuũ accipiunt honeſtiſ/
ſimis nominibus: quom exigitur: grauiſſimis credito
res appellant: rem profecto neq; iuſtam: neq; gratam.
Decet enim qui beneficium accipit eorum qui dede/
rint meminiſſe: & quo ad debito ſe ſoluerint: eoſdem
creditores exiſtimare. & ſiue boni ſint tã q̃ bonis: ſiue
mali tanq̃ malis id perſoluere. Si quidem & bõis mo
ribus prædito: & paruis æqum eſt creditum reddere.
Et quidem melitenſes: & quom mutuũ do: & quom
exigo: idẽ ipſe ſũ: & mihiipſi ſimilimus. Quibus au
tem datur ii mores pro tempore: ut aiunt. Cancleõtas
pro ſubiecto ſolo colorem mutant. Quippe quom ac
cipiunt: ut benemeritum: ut deum creditorem laudãt
Quom repoſcuntur in eum ut tyrannum: ut impi/
um inuehuntur. Præterea non ignoro longe ſa/
tius eſſe quom amiſſurus ſi pecuniam priuato ho/
mini mutuare: quam ciuitati. Nam ſi a priuato abne
gať: inimicũ unũ: & eũ imbecillũ tibi cõparas. Sin a
ciuitate: neq; damnum minus eſt: & plurimorũ odiũ

contrahis. Non tamen hoc uobis crimen ſcribimus: ſed ſine ſuſpitione pecunias mittimus. Aliis enim ĩ rebus ſemper uos memores: & in commertiis & nego ciis ueſtris iuſtiſſimos intelleximus. Neque ignoratis ignomĩoſius eſſe plures uni iniuriam facere: q̃ unũ pluribus. Non enĩ credibile: ut unus multos: ſed mul ti unum ueriſimilius contẽnant.

Melitenſibus.

n On laudum ueſtrarum contemptu melitenſes legatos ueſtros cum his ſignatis remiſimũs: ſed qm̃ non ſinunt me mea opera laudari. Vos forſitan qua lem me uideri uultis: talem apud alios exiſtimari ar bitramini. Ego autem non ignoro quod cæteri omẽs me malum exiſtimant. Vos uero & ſi bonum me di/ citis: nequit tamen ueſtra de me opinio aliis perſua dere: ſed potius ad falſas homĩum exiſtimatiões uo bis eſſem nocumento: quando quidem peſſimum ho mĩem niſi eiuſmodi uos quoque eſſetis: nequaq̃ lau daturos omnes prædicarẽt. Quamobrem: quom uos iniuſte mali: ego nulla ex parte meipſo demẽtior exi ſtimare: has laudes ueſtras ñ neceſſarias duximus.

Meneſicli.

f Ortuna tua admodum nos delectauit: quom & ſi maiorem immodum filium optares: filiam tibi genitam accepimus, quam eo tibi cariorem fortunã arbitramur: qđ loco filii nata ẽ. Solet nãq; filia: quam mares longe pluris parentes facere. Noſtra autem munera tum demum tibi grata eſſe ſenſero, quom ñ modo quæ mittimus prompte acceperis: ſed etiam

ſiquid quod nos ignoremus:tibi opus erit:nos certio/
res facies. Pluribus enim iam & magis p̄cioſis rebus
tibi opus eſt filiæ gratia.

Elcandro.

n Eq; tu:neq; hominum quiſpiam me unq̄ per
terrere uerbis fortaſſe:& ſi nihil dicam:mi dicere arbi
traris.ſed ne rebus quidem ſperet: quippe qui ñ igna
rus bellicæ rei ſum:neq; ĩiuſte:neq; ſupra uires quic
quam audeo;& frequentes & inſperatas temporũ mu
tationes nouimus. Fortunæ præterea ĩſtabilitatem:di
cere magis poſſumus quã audire. Accedit ad hoc q̄d
quantum nemo alius: cum nobis ipſis:tum deo con
fidimus:qui nos contra omnium iniurias tuebitu:
in quo certiſſima mihi ſpes eſt:ut quicunq; mihi ĩ ſi
dias moliuntur:in meam redigam poteſtatem.

Liſino.

n On ceſſabis abĩſaia inſane lyſine:neq; parces
tibi triginta annos natus:quin cum huiuſmodi pluri
bus grauiores quam ferre poſſis:inimicos tibi facere
experiaris.ſed & uerſus in me & tragœdias ſcribis: ac
ſi dolore me his afficias. Verum tu omni grauiores
tragœdia rès caueas.

Cebroni.

q Vid tandem noſtros mores admirati:ac ſi gra
uioribus utamur ſuppliciis in;eos qui nobis inſidias
moliuntur:his non preterre mini? ſed eorum q cru/
ciantur caſibus comploratis:eis non conſulitis:ne pha
larim iniuria afficiant. Longe enim mihi ſatius eẽt:
nõ compelli in huiuſmodi propulſandæ iniuriæ ne
ceſſitatẽ:& uobis ſane commodius non uti ſemper te

meritate. Nam ſi ueſtri memores non latent quo pa
cto in me conſuleretis: niſi talem me in ſuppliciis ex
hiberem? quo in maxima quoq; formidine his uos
exponatis. Nos igitur a crudelitate: ſi nos prius ab in
iuria ceſſabimus

Euthemono.

n Ihil in his mentitus es quorum me apud ſira/
cuſanos inſimulas: omnia plane confiteor. Verum ſi
pari ratione: & ego iis qui me ita lædunt: ut nulla di
gni ſint uenia & uos tam temere: & mihi & uobis īſi
dias moliri parceretis. neq; me quiſpiam tanq̄ nefari
um accuſaret: neq; ueſtrum: tanq̄ grauiſſimo affe/
ctorum ſupplicio miſereretur.

Cleobu lo.

n On pſuaſiſti camarinenſibus: ut bellum mi
hi indicerent: quo maiorem immodum ſingulis con
cionibus annitereris. Quippe qui non ignorant re/
bus ipſis: non oratoꝝ uerbis bellū geri. Quamobrē ſi
uis ut id aggrediāť: utile futuꝝ eis oſtēdas Quod ſi
ne hoc q̄dē pacto morē tibi geſſerit. mutata ſētētia: cō
tra admōeas. ita fortaſſe res tibi ad uotū ſuccedet. ex
duobus enī alteꝝ ī præſētia: aut ſētētiā tuā īutilē: aut
cōſultorē nullius rei opināť. ego uero utrūq;. Certo tū
ſcias uelī: quæ cōtra nos adortus es: nō īanibus uer/
bis ulciſcemur: ſed rebus: q̄s expti: nō āplius mihi īſi/
dias moliri ſūt. Quod quom camarinēſes plāe ſciant:
nolūt rurſū irati phalaridis piculū facere. quom ſua
uiorē me amicum experiantur. Cleodico.

n Dmodum grauia ſupra uires tuas conſultaſti

cléodice.undé tibi ſpēs phalarim poſſe malo aliquo afficere:ut rem gratam facias thracis credonis nepti: uxori autem antandri qui dominum ſuum ĩteremit: ex quo contra naturæ legem iniuria illata ditatus ē: ſed in tantam non prorumpam indignationē:ut ſce/lera tua uerbis proſequar. Nam ſi te quem ulciſcere mur dignum putaremus:non uerbis dūtaxat: ſed re ipſa te ulciſci. Et quæ in nos machinatus es:in caput & genus tuum retorquere poſſemus.

Neoliadæ.

n Ihil grauius in te conſulere uolumus: quom plura in te bona q̄ mala inueniamus. Quamobrem hoc unum ex melioribus fieri uelim:ne me grauiori animi affectu contra te uti cogas.

Polluci.

a Dmirari ex tuis expiſtolis admodum uideris uitæ meæ mutationem:quod quom ſuperiori tempore audentius quam tyranni ſoleant:libere me omni/bus crederem. Nunc ne neceſſariis quidē ad me adi/tus pateat. Ego autem meticuloſior omnes fugere mihi perſuaſi. fidem enim non modo non in aliis: ſed ne in amicis quidem firmam inuenimus. Iccirco oīa ſummo labore expertus:inhabitabilem lybiæ ſolitu/dinem:& auia numidarum luſtra:quam cum homi nibus uitam agere:prætulerim. Quippe qui cū leoni bus tutius uiuere:& cum ſerpentibus ſomnum capere:quam cum noſtræ ætatis hominibus poſſem. Vſq; adeo nos ex multis uariis:frequētibuſq; fortunæ mu tationibus periculum fecimus.

Polluci.

l Onge grauius iniuriam patior: quam ꝑuniã pollux. nõ quemadmodum dixiſti & pati me grauia & inferre. Ego enim eos qui me iniuriis proſecuntur: & bis & ter uenia dignatus ſum. Nemo tamen eorũ eſt quẽ prĩo deprehẽſũ iterum malũ uideri pudeat.

Polluci.

q Vi contra nos eorum quos iure ĩteremimus gratia bellum parant: ſi quamobrem id faciant audirent: & plane intelligerent: eſſent profecto uoltores appellandi. Tu autem nos apud ſiracuſannos accuſas & ultoris quidem nomem: tanquam grauiſſimũ appellas. Cauſas uero cur poenas dederint: ꝙ maxĩe oportuerat tanq̃ inexcuſabiles nunq̃ afferre uoluiſti. Opus enim erat orator pollux: & mortẽ: & mortis cauſas ſimul oſtendere: ut per eas auditorum indignationem: contra quos concionatus es: uehementius excitares. quas: ſi te aperire puduit: quo iure earum gratia bellum geratis non uidemus.

Engienſibus.

n eq; cauſã q̃re iuſte uos non ultus ſum: neq; ulciſci uellem: uires mihi deeſſe uideo: neq; uoluntas đ cerit: ſi nos nullo pacto reuerti fueritis. Quom iam ſic perdito paſſioni: qui apud uos commoratur: uiſum ẽ uiros quos tertium iam menſem ſeruatis in carcerem interimetis.

Nicyppo.

q Vod dona noſtra acceperis plurimam tibi habeo gratiam. Ego autem quod dicebas te ſyracuſanos timere: ne ſi meas pecunias accipere te in/

elligerent:grauius in te conſulerent. hoc ſtatueram ſi ea recuſaſſes: te tanquam acceperis accuſare. ut & accipienti tibi & recuſanti idem impĕdiſſet periculũ: uel potius alterum minus: alterum omnino peius. Nam ſi non accepiſſes: & ego te accepiſſe: inſimulaſſē certe accepiſſe crederéris. ſin accepiſſes: & ego ſerio nihil me dediſſe aſſeruiſſem: proculdubio omni abſoluereris ſuſpitione.

Nicarcho.

n On cogis camarinenſes contra me bellum gĕrere: ſed a me ſuperari. Atqui ſapientis uiri officium ē. ante uerba: rem ipſam: ante rē diligentius quoq; eius exitum conſiderare. Ipſi iam pridem tuas conciones negligunt: te autem non pudet ex tribunali tua illis oratione grauiorē eē: quã mihi cõtra quē cõciõaris.

Leontiadæ.

n On hac duntaxat epiſtola: ſed ſæpenumero iam ad te ſcripſi nullam aliam de uxore gratiam te relaturum: ſi propter nuptias beneficium a nobis accepiſſe: & gratiam nobis referri arbitraris: quam ſi eã amaueris. Cuius cauſa affinitas inter nos coniuncta eſſe uidetur.

Thimoſtheni.

m Ilitum pars in caſtello excidat: pars maris incurſus exageret: ut æſtu ſiccato: fertilis campus redatã Alterutri autem priores opus profecerint iis gratia referatur.

Cleomedinæ.

m Vnera tibi ad corporis exercitatiouem miſſimus: olei ſcilicet metretas ducentas. & frumenti me

dinos quadrigentos. Quæ ãt iuuẽtutis mũera ſũt: ad filiũ tuũ: & uinũ: & librarios ſeruos: & ſtheſicori poe/mata: niſi ſi racuſãoꝝ qſpiã: nouarũ reꝝ gr͞a: hæc a tyranno miſſa ſuſpicentur.

Gorgiæ.

c Aeteras epiſtolæ tuæ particulas recte ſcriptas futuri autem temporis hortationem: admodum ſup fluam arbitror. Ego enim neq; mortem: neq; mortis genus effugio: & ſapienter quidem. fatum enim ab hominibus non regitur. & profecto quicũq; huiuſce modi perſcrutatus: aut bona: aut mala: futura metu/et: eum ſtultiſſimum exiſtimo. ſiue præuideri futura ſiue præuiſa caueri poſſe: ſibi perſuadet. Quod ſi eui tari nequeũt: quamobrẽ ea præſcire amittitur. quom ſiue ſciat: ſiue neſciat ſit futurum. Si uero quom co/gnouerit euitari etiam poſſe: & diſponi: & in aliud q̄ præuiderit tranſferri: & peius fatum meliori mutare dixerit. Ego ſane non arbitror: dei nanq; hoc opus ẽ: ñ hominis. Cæterũ ſiquis eos meminerit: qui iouis filii feruntur. Eacum ſcilicet. Ninoem & Mhadamãthũ: & alios ſemideos: neq; immortales fuiſſe: neq; aliter q̄ pro ſui fati neceſſitate mortuos: ſi neq; fatũ neq; mor tem ægre tulerit: aut formidauerit: minime mihi ſtul tus uidetur. Maximo igitur ſtudio idem in certis re/bus tuis ſentire animum inducas: ut nullam illorum curam ſcuſcipias: quorum nos nihil ſcias eẽ ſolicitos.

Nauſicli.

q Vod iam ſepenumero ad te ſcripſi: & ſi her/mocrates uel qui uis alius philodemi filiam uirginẽ dona a me accipere impediat: ego nihilominus elargi

or:& parem uel maiorem potius laudem aſſequor.
Quod quom propter tyrannidem nulla in re cogna/
tis meis ſin conferendus:eis me tamen liberaliter ex/
hibebo. Ad eos autem qui mihi exprobrant quod lar
gitionibus perſuademus:hac utimur excuſatione: q̄
quibus liberales ſumus:eos pro humanitate cogere n̄
poſſumus.

Lacryto.

q Voniam pro huiuſcemodi ſpe:nobis tantopere
timentibus periculis exponi non oportuerat: noleba͂
grauiores exitus experiri. Verum ex quo uirtus tua
noſtrum uicit timorem:bene quidē eſt: & bono uſus:
es auſpitio.quod & alia tibi aduota ſint ſuccenſſura
nihilo tamen magis:& ſi ſaluus ſis confidimus: ſed
quo ad incolumis redeas ſolicitamur. Que igitur in
profectione tua te admonui:eadem cures uelim dili
genter:ut poſt habito oppido lacrytum nobis ſerues ī
columē. Quem pro omnibus locis ciuitatibus: tyrānī
dibus:& ipſa deniq̄:per deos:anima mihi eē arbitror.

Lacryto.

u T tuarum promiſſionum memento lacryte:
& phalaridis ſolitudinis curam habeas. Quāta ami/
corum inopia laborem uides. ſcribo autem timide:ne
q̄ multorum uires formidamus. quippe qui lōge ſūt
noſtris inferiores: neq̄ noſtrorum imbecilitati quom
omnes hoſtes uiribus excedamus:ne maiori iam ſtu
dio fortis apparere cōtendas. neq̄ ægre feras res belli
cas. niſi omnibus militiæ muneribus tempori adſis.
Memento autem quod depoſitum tibi teipſum quō
a nobis dimiſſus es:commiſiūs: quod nobis ſaluum

reddere promiſiſti:id nunc maiorem immodum rogamus.non ut te & ingenio tuo quicquam indignū facias:quod a lacryto fieri nequit:ſed ut in aliis certaminibus uirtutem tuam poſſis oſtendere. Nunc uero:& ſi teipſo paulo molliorem in aliis rebus præſtātiorem te exhibere poteris:

Lacryto:

q Vod filii tui obitum iniquo aio feras:uēia profecto dignus es.& me quidem maxime tui miſeret.nec ſecus a quiuis tuorum familiarium caſum reputās doleo. Et ſi in his duriori natura ſi:ea ſcilic& gratia quod qui immodice aduerſis rebus angūrur: eos nihil proficere intelligo.Maximum autem calamitatis tuæ debet eſſe ſolacium.Primum quod ꝑ patria fortiter in bello filius tuus occubuit.deinde ꝙ in ipſa uictoria pulcherima eum morte fata honeſtarūt. Poſtremo ꝙ nullo turpitudinis genere uita coinquinata:morte proprias uirtutes finiuit : Incertum enim eſt an bonus uitam in deterius commutet.Rebus nanꝙ hūanis fortuna maiori ex parte:nō uoluptates dominantur.Qui autem irreprehneſibilis moritur:ī optimo gloriæ ſtatu collocatur. Puta igitͬ ab eo & quod genueris:& quod educaueris:meritas gr̄as accepiſſe. quom ad mortē uſque ī uirtute & bonis moribus ꝑſeuerauerit.hanc ei uicē redde:ut modice & æquo aīo eius mortē feras.

Liſidi.

n On admiror quāobrē neq; p̄ris tui:neq; filii ſimilē qcquā hēas lyſides.Nō.n.lyſicratis filius:neque neoptolōi pr̄ es:qd̄ & mr̄em tuā & uxorē multis ſiculis

affirmaſſe aiunt:& propterea maximam laudem cō ſecutas. Vnum enim:& hoc eorum e numero ē quæ laudem merentur:ut nemini:maxime his quos noui mus:mentiamur.

Thimoleo.

n On peccare merito fortaſſe:& iure ipſo dei exi ſtimatur. Peccare uero & iccirco poſthac cautiorē fie ri hominis. Qui autem neque quom peccat: neque quom aduerſam incidit in fortunam:ſibi cauet: ne/ ſcio an alius exiſtimari poſſit quam omnino malus. Turpiſſimum igitur eſt:& adhuc enim proprius ac/ cedemus:eum qui ſtultitiæ ſit factus exēplū: ne ſua quidem ipſius calamitate bonum fieri.

Phœdimo.

p Erſuaſi ſumus iam tertio nullam abs tē īiuri am accepiſſe:& ſi in ſingulis accuſationibus nō leui in crimine ſis ďprehenſus:ſed qualem te eſſe uellēus: teq; erga nos eſſe decuit:talem arbitrati ſumus:& ac/ cuſationum crimina:eo quod timuimus deprehende re de te ueritatem:falſa duximus. Certo tamen ſcias qui nihil aliquando mali commiſerunt: quom illa ta metuunt crimina eos fortunæ iniquitate uiſos: nō iniuria puniri. Cura igitur ne aut mores qui te īimi cum arguant:aut fortunam exhibeas. graue autē tibi uideatur: non id ſolum quod quom ſæpenumero a me in ſingulis iniuriis tuis beneficia acceperis:his: ut te decuit:non reſpondiſti. Ego enim non ſinam hu/ manitatem malitia eſſe inferiorem: ſed etiam ne te ipſo erga collata in te libenti animo a nobis

officia: inclementior uideatis.

Ageſilao.

t Heleſippe ægre mihi ferre uidetur tuã apud ſiracuſanos moram. Quippe quæ adeo cupide: adeo pudice: uxoris munere fungimur: ut teſtetur nos tanquam qui in te graue habeamus imperium: te diutius abſentem ſe non perpeſſuram. Suum præterea patrem implorat: intelligis fortaſſe quid minetur: & certo facturam ſcias. Neque enim alienum a ſe uirũ exiſtimari poteſt negligere. Ipſa ut cogere te poſſim ad reditum arbitratur: ego autem illam. Nã neque tam phalarim quam theleſippum te arbitror formidare: Redeas igitur. & deſiderantibus te redde. ſiue nos magis: ſiue illam reuereris. quæ profecto digna eſt quæ plurimum ametur.

Polymneſtori.

m Vlta & magna nobis teſtatur lacritus & aliis de rebus: maxime autem de ſocietate ſcutatoꝶ. Tuo enim & pugnantium uirorum ſtudio oppidum captum affirmat: & equos ſuos tibi ut uidetur elargiendos hortatur. Ego uero: & ſi oĩa mea munus a me acciperes: adhuc timerem ne tuo uincerer beneficio. At nunc quom neq; munera noſtra accipias: uinci ſane tyrannum a priuato confiteor. Quod ſi impræſentia tertiam predæ partem inter milites diuidendam non acceperis: quã quom mox tibi lacritus largiretur recuſaſti. Certo ſcias ſeniores nos non in beneficiis conferendis: hoc. n. ĩ tua non eſt poteſtate: ſed in accipiendis poſt hac fieri cogeris.

Polymneſtori.

Imuiſti noſtras minas quom rurſum ut te ro/
garem non oportuerit: predam enim ut cenſuimus
partitus es & periculorum ſocios premiis honeſtati. &
recte quidem delectaſti nos: & iniuriaſti ne quid abs
te petere dubitaremus. & ſocios: ſi quando uſus ue/
nerit: ad pugnam proptiores reddidiſti. Quis enim la
borum onera nullo propoſito premio: ſubire unquā
uoluiſſet? ſane nemo qui eorum periculum fecerit.
Hæc igitur aliorum uel potius utilitatis noſtræ gra/
tia accepiſſem: ut ſcilicet milites: ſi imposterum iis
nobis opus fuerit promptiores redderes.

Liſandro.

p Ræuenimus quæ miſiſti auxilia prius enim
quam ad euclide ueniſſent hoſtes conſpicati ſumus.
Quare nihil ad pugnam utilitatis abſente conducto
milite cœpimus. Ad opinionem uero & laudem plu
rimum ad paucos neque bellatores nō ad omnes ui
ctoria referenda eſt. ſed quom grauioribus nos ipſos
piculis expoſuerimus: maiora pmia ſumus aſſecuti.

Arimacho.

n On ægre ferimus calumnias neq; habitāde no
bis a noſtris hominibus opinionem: quom uideāus
omnes æque iniuſte facere: ut longe iam iuſtior iniu
ria quam iuſtitia exiſtimetur. Tantum autem abeſt
ut opera mea abſcondam: ut in his audeam dicere:
aliis quidem natura: mihi uero neceſſitate continge/
re talem eſſe. Confitemur iniuſtis nos commoueri af
fectibus hoc tamen aliis quoque omnibus inſitum ē.
Verum hoc intereſt quod nos tyranni noſtra freti po

teſtate:quæ facimus palam profitemur.priuati ſup plicii mœtu abnegant.

## Polyſtrato.

e T ad alios omnes amicos litteras miſimus:ut q̄primū agrigentum ueniant:& te obſecro ante olym pia uenias. Volo enim amiciſſimorum collegio acci to:quemadmodum alias res meas curare diligẽtius & de rebus magnis & grauibus cõſilium capere:nul lo tamen uos aut labore:aut incommodo afficiam:ip ſe enim mihi ipſi ſatis ero:ſed tamen ueſtram ſeq̄r ſẽ tentiam:ut ſi in principatu preſtitero:ſæpẽumero uos & accipere comiter:& ↄplecti poſſim. Sin fortunæ iuſ ſu deiiciar:ultima accepta ſalutatione eorũ quæ ege rimus memores ualeatis.

## .Poliſtrato.

e Go eorum neminem in quos beneficia cõtuli neq; tibi neq; cuiquã palã fecerĩ:ñ. n. ut quæ a nobis recuſas mũera accipias:q accipiũt ĩdicare: neq; iis q ſine ſuſpitiõe accipiũt ex ꝓbrare lic&. Neq; eũ ñ accu ſandũ cẽſemus q aut ſua p̄dicat bñficia:aut prædicã tibus aures accõmodat. Verꝝ q p̄ter uolũtatẽ meam ui & ĩiuſte multa ex rebus meis diripuerũt:tu te repu tare potes. Atq plurimos ĩuẽires q oĩ cõatu aliena d̄ tinere cõati.neceſſario tandẽ reddiderũt:& belli & ar/ moꝝ mœtu nõnulli ĩiuſtiſſime. Sed & omniũ piiſſi me ꝓ uiribus detĩere cõtẽdẽtes:ĩiq̄s tandẽ & ſceleſtes pecũias ĩ tot piculis ſeruaŕ ñ potuerũt:q̄s coactos ac cipere:reſtituere oportuit. Quem nam tu per iouem imitatus es? ut munera a me accipere nolueris? Nã

excuſationes quas ſimulando afferas:& hac & innumeris aliis rationibus refelluntur:ſiquidem ipſi īimici pecunias impias confitentur:niſi hoc interſit quod illi iniuſto rapinæ nomine impietatē etiam adiectā ui habere conantur. Tu uero iuſte a fideli aīo ſponte acceperis.

Aſtypalenſibus.

n Vllo me maiori dolore affectum īuita mea cōſcius mihi ſum uiri ciues:quā̄q̄ multis & opinatis caſibus agitatus. Nullaq; maiori lætitia :qppe qui neq; expers ſum uoluptatum:incredibilem dolorem illa mihi dies attulit:qua patria iniuſte pulſus ſum:quod quidem etiam commerentibus eſt grauiſſimum. Lætitiam autem quom mei publice recordati pro tempore litteris me ueſtris tanquam bene īſtituto & ueſtri ſtudioſo in ueſtris uſi eſtis neceſſitatibus. Non tam:ut arbitror:gratia ex decretis qppiam accipiendi:quam teſtimonio quod publice quidem:ſed iniuſte exulaueri. Et ut exilii mei auctores arguetis Neque enim petere ab in uiſo gratiam:neq; accipere quiſquam patitur:ſed non huius temporis ē: ut de uobis tanquam amiciſſimis conquerar. ꝙ ſuperiori tempore nunquam me uſi ſitis:ſed ut gratiā habeam quod nūc me utimini. Vos igitur quæ a nobis accipitis dare profecto uidemini. adeo petitionem ueſtram in beneficii locum aſcribimus. ſiquidem non tanta acciperem uoluptate:quanta dedero. Quid enim patrie amatori pulchrius? quid glorioſius quā̄ uideri ſuis ciuibus benefacere? :quod litteris ueſtris mihi elargitum eſt. Quod uero ſerius ad uos mu/

nera nr̃a peruenerit: quã uolueritis: neque me: neque ueſtros legatos: ſed hyemẽ, & anni tẽpora accuſabitis nemini ſtudiũ nr̃m defuit: uerũ in modicis tempeſtatibus factũ eſt, ut ne ſummis qdem audaciis nauigari licuerit. Quod ſi quæ mittimus maris piculis ſeruabunť: gratiã fortunæ habere nõ errabitis. Cæterum ea uobis legati reddẽt. Eolophus ãt cui una cũ iis pfecto ad uos epiſtolã dedimus: ſinguloꝝ rõnem exponet. & que & quot mittimus ſignificabit. reliq̃ ex ſentẽtia utamini. Pecunias uero ĩ patriæ reſtitutionẽ ornamẽtũq; ĩpendatis. Neque meis hoc admõitiõibus: ſed cõſilio & uolũtate ur̃a faciũdũ reputetis ueli. Nemo enĩ aliẽa uolũtate bonus nũquã fuit: ſed ſua. At ſi quod de uobis ſuſpicãdũ ẽ: quod ad aliud elargiť: ad aliud abutimĩ: nõ neceſſariũ. Certo ſcitote nullis uos mũeribus tãtopere uitupandos: q̃ q dederit laudãdũ. Vt. n. abſurdũ ẽ q patria exulet ſuis pecũiis eã ruentẽ reſtituere: ſic q eã ĩcolũt cadẽtẽ negligere. neq; alieno qdẽ ſũptu ad eã reſtituẽdã cõtẽdere. Atq ſi dignũ iudicabitis: nõ ſolũ hæc me uobis miſiſſe mũera ſed & populo: ciuitati: & diis patriis. Tũc de cõſilio ueſtro maiorẽ laudẽ aſſeqmĩ: quã q pprias pecũias miſerit. Quis enĩ ignorat: mũera dãtis eſſe laudẽ: rẽcte at his uti accipiẽtis. Velĩ eqdẽ uos uirtutis: potius q̃ liberalitatis nr̃e teſtimoniũ accepiſſe. Alteꝝ. n. benigni ãimi: alteꝝ opulẽtiæ fortunæ laudẽ oſtendit. Valete.

Athenienſibus.

Ehit ad nos faber ueſter pilaus atheniẽſes opa nobis ĩſigni admodũ arte elaborata afferẽs: qbus dele

ctati humane eũ accepimus.& dignis muneribus cũ
artis:tum patriæ gratia donauimus. Non multo poſt
tempore taurum naturali ſtatura maiorem fabrica
tus:agrigentũ petiit. Incredibili affecti ſumus uolu/
ptate:quom officioſum animal:& homini ſociũ acce/
pimus. Et profecto id nobis ſpectaculũ regiũ :& opus
laudabile uiſũ eſt. Nondũ enim in eo latentes crucia
tus oſtenderat. Reſerato autẽ latere omni crudelitate
plenũ:omni morte inquius ſupplicium apparuit. Tũ
perilai arte laudata mores puniendos duximus:ſui/
q; eũ ingenii periculũ ante alios:quoniã ipſo aucto/
re peiorẽ inuenimus neminem:facturũ merito cẽſui
mus. Is igitur in taurũ incluſus:circũ ignẽ. ut oſtende
rat:accenſo:diræ artis uerũ perhibuit teſtimonium.
Neq; enim qui cruciaretur uidimus:neq; lamentati
ones audiuimus:eiulatus tantum intus excitos admi
niſtratorum aures æs emugiebat. Verum athenien/
ſes quom uos iniquo animo fabri ueſtri interitu fer
re:& mihi ſuccenſere audiam: maiorem immodum
admiror:neq; hactenus id mihi ꝑſuadeo. Si enĩ qđ
grauiori ſuppicio in eum non animaduertimus nos
accuſatis:grauius profecto nõ inuenimus. Sĩ ꝙ nul
lum mereretur:mihi ſane uidemini:quom præ uobis
humanitatem feratis:laudare crudelitatem ſiquidẽ:
aut unius hominis opus:aut uniuerſæ ciuitatis id eẽ
oportet. Vtrũ ſit ueſtro tãdem erga me animo digno
ſcetur. Nam ſi iuſte perilaus periit:& nemo athenien
ſium illius ingenio eſt:aut moribus de beneficio nos
accuſaretis. Sin iniuria interemptum dicitis:mox pro

fitemini nihilo meliores eſſe uos perilao. Me autem nondum pœnitet ac ſi iniuſte egerim: niſi mihi ipſi uidebor præter iuſtum egiſſe. Atqui nemo ius a tyrãno requirit. Quod enim ad eius ſalutem facit: id iuſtum uidetur: Cæterum meam ego cautionem: & prĩcipatus munimentum tutiſſimum abſtuliſſe mihi ꝑfiterer: ſi iniuſte ĩ perilaum uiderer animaduertiſſe. Sed mihi perſuaſus neq; uobis: neq; græcorum cuipiam eo illum ſupplicio iniuſte affectum uideri. ꝙ in alios excogitauerit. fabrum ueſtrum cum alioꝝ: tum mea maxime gratia puniendum duxi: ſiquidem eo munere aliquo me eiuſmodi ſupplicio dignum arbitratus eſt. Et licet tormentum nobis contra coniurãtes in nos acerbiſſimum inuenerit: noſtrã tamen cautionem in quibus iuſti iudices conſtituimur contempſimus: ipſum duntaxat ius reputauimus. Neq; enĩ ignorabam ſi longe etiam peiores impune dimiſiſſẽ mihi profuturum. Noram mãſuetudinis ueſtræ opinionem magis inſidias concitaturam. Intelligebam huiuſcemodi perilai ſupplicio uniuſcuiuſque in me ſtudium allaturum. Videbam forſitan ſatis mihi futuꝝ ui ipſa uti ꝑꝑ ĩ me ꝯiurãtiũ neceſſitatẽ. Hoꝝ nos omniũ ñ ĩmemores poſthac cuiuſq̃ laudũ ĩdigi. Impiũ tñ putauĩus hominẽ homĩbus huiuſmodi mortẽ excogitãtẽ ĩpune dimittere. Iccirco qbus ipſe alios nihil ĩ eũ ĩiuſte molitos iiſdẽ eũ artibus pdeř uoluĩus Et merito ſãe a nobis: quos tali mũeř dignos exiſtĩauit ita mulctatus ẽ. Fortaſſe quiſpiã ueſtrum athenienſes: noſtris auditis rationibus quod hiſdẽ cruciati

bus quos:ĩ alios excogitauerit:auctorẽ ꝑire oporteat ĩ
nũeris me furiis đberi:uel potius oĩbus ſuppliciis ũa
tñ aĩa ñ ſuffectuꝛꝫ:& mihi ipi meritas pœãs me præ
ſcribere arbitrabiť. Verũtñ ſi oĩ amoto odio: iuſte rẽ
ipſã reputare uolueritis:ꝑfecto ñ ſpõte nña nos hæc
facere:neqꝫ quæ fortunæ iuſſu patimur iure ꝑpeti co
gnoſcetis. Nã quom ꝑꝑ tyrãnidẽ liceat nobis crude
les eſſe:id tñ:qn malũ ſit ñ ignorãus: & qđ opa:nr̃a
corrigi nequeãt.id ꝑfecto grauiſſimũ cõfitemur. Vti
nã ad ea neceſſario ñ cogeremur:nemo alius præ no/
bis ut bonus laudari poſſet. Et q ſnã ur̃m atheniẽſes:
aut q̃s alius:ĩſidiis ĩ ſe depheſis eaꝛꝫ auctores oĩ uin
dictæ genere ñ ꝑſeq̃reť:q̃rereť? Quod quom eiuſmo
di pilaũ ĩueĩũs:ſupplicio: duxĩus afficiẽdũ.nec igno
ro peſſĩe mihi cõſuluiſſe.ſed me cõſolor:qđ ñ ſponte
mea hæc facio:qđ iis quos ulciſcimur ñ euẽit.:Eq̃dẽ
ſapiẽtiſſimi ĩdigenæ atheniẽſes:ĩ hoc ego mores ue/
ſtros imitatus ſũ:ille ãt tyrãnoꝛꝫ.Iuř igiť:ñ q̃les natu
ra ſumus:ſed q̃les uos ipe effĩxerat:ĩ ſe exptus ẽ. Cer
to tñ ſciatis uelĩ:qđ neqꝫ ego priuatus pilaus eſſẽ:ne
q̃ ille tyrãnus phalaris. Vobis ãt nõ mõ ignominio/
ſũ ẽ:ſi ĩiquo aĩo illius feratis ſuppliciũ.ſed: ſi huiuſ
modi uiros ꝑpetiemĩ. Omĩo.n.hũanũ genus ĩiuria
afficiebat:quom ea excogitaret tormta:ſed præcipue
uos crudelitatis arguẽs:peculiares:natiuo ſue ciuita
tis ur̃æ mores coĩquĩabat. Oẽs igr̃ hoc:pilai ſuppliciũ
laudaturos arbitramur. Digni.n. hac ſẽtẽtia tales ci
ues:ſiquis tñ fuerit:cui huiuſcemõi mortis genus nõ
placeat:id & perilao ingratũ fuiſſe non ignoret.

q Vadam ipſius tua ſententia uſus:ad multoſ ex amicis uerba feciſti:ea forſitan gratia quod factũ eſt:ut tui mihi ſermones infererentur. Quod ſcilicet poſt artificem tauri perilaum alios eodem cruciatu ĩterimere nõ oportuerat:eo quod propria mea laus periret. Ego autem illius ſupplicio mihi laudẽ nõ quæro:nec laudis gratia ſic in perilaum animaduerti. neq; quom aliorum ſupplicia mihi crimini dantur:iniquo animo fero. A mala enim uel bona opinione ultio ſeiuncta eſt. Certo tamẽ ſcias:quoniam alii ĩ tauro cruciandi erant:iccirco in perilaum animaduertimus. Pro æreo enim opere munus:non mortem:merebatur. Aequum igitur fuerat illorum cauſas in perilaum:& in omnes qui in eiuſmodi fortunam eos uenirẽ cogerent referri. Quod ſi nos ab inique ſtulteq; iudicantibus referretur:nõ ægre ferimus. quoad iure ſupplicio affectos qui a nobis interempti ſunt oſtendere poterimus. Siquidem nos a primo quem omniũ hominum:uel humanæ ꝑs otiu naturæ gratia : igni abſumpſimus:exorſi itidem de omnibus diſquiretis. At qui ſi pilai & alioꝝ quos alienaꝝ iniuriaꝝ cauſa punimus ſupplicium laudatis: ꝓfecto ĩiuria nos accuſationibus proſequimini. ſi eos qui ꝑfide capiti noſtro inſidiis imminenr morte ulciſcimur. Eſſem nanq; omnium ſane ſtultiſſimus:ſi aliorum gratia:ſontes etiã ſi mihi benefacerent ulciſcerer. Ego autem qui mihi inſidias moliuntnr impune dimitterem : & in alienis rebus infamia ſuſcepta:quom adeo ĩſidiantibus for

midoloſus uidear mea ipſe pericula contennerem. De ſine igitur & tibi & mihi moleſtus eſſe.

Niceo.

n On uidet tibi graue eculeũ taurus: neq; alia quæ hẽmus tormẽta. Ex quo oẽm ad illã miſericordi am: quom nobiſcũ pugnaturus non ſis: cõſũpſeris.

Cleomedonti.

t V me: ut audio: accuſatiõibus pſecutus: miſe ros cleõbroti caſus deplorare nõ deſinis. Ego uero te cleomedõ: & lõge illo iiqora audẽtẽ & omĩo ĩbecilio/ rẽ. ĩ nr̃am uenturum poteſtatem non dubito.

Cleomedonti.

ſ Eptẽ his & triginta quos ĩ camarinẽſiũ cõcione cõtra naturã ĩmaniſſime ꝯflatos cõquereris: uellem eqdẽ cõtẽtus eẽ: & p iouẽ deſidero. ſed uideo mihi p quoſdã nõ licere quĩ res ulterius pgrediãt. Ipſe. n. no uẽ & trigĩta fieri cogis: quõ te: & ſtultiſſimũ epyther/ ſẽ illis adiicias. Neq; idẽ ẽ an ur̃is me calũniis afficia tis: an peſſimi meis. pareatis ultionibus.

Timandro.

q Vod ĩ præſẽtia camarinẽſes exercitũ cõtra me excitauerĩt: illius forte tẽporis tibi ſolaciũ prebet: quo magnũ: leui de cauſa. bellũ ut moueãt: a te pſuaderi nõ potuerũt. Veꝝ quom ſpes tua te fruſtabit. tũc p meritis: nõ eorũ quæ feciſti: ſed quæ patieris dolebis. quæ tñ tibi ſolacii utilitas? Nã ſi nos pſuaſuri fuiſſe mus: ut ueritus es: nõ temerẽ forſã nr̃i formidine egiſ/ ſes. Nũc ãt ne ĩ cæteris quidẽ rebus minĩo nos dolore affeciſti. Te ãt neque idoneũ reddidiſti qui noſtris

cruciareris ſuppliciis. nulla .n. tibi morte opus ē: quō tot torqaris calāitatibus. Immo ſi fieri poſſet lōgius tibi uite ſpacium quam natura ferat præſtari oportet.

## Timandro.

c Onciones tuæ ad camarinēſes thimāder & multa eo℞ commiſeratio qui a nobis interempti ſūt īuitū me per deos compulerūt: ut in tau℞ cleombrotū ītruderē. Quippe qui ueritus ſū: ne ſi ego a cruciatu deſiſterē: deſiſteres & tu contra me ciuitatem concitare. Libenter enim rē meā populo gerendā ꝓbeo: q̄ diu tuas ꝑpeti orōnes camarinēſes puduerit. Cuius ego cōſilia nō modo ī phalarī: ſed ne in phalaridis quidē ſeruulū nullius momēti duxerit. Quod ſi utile eſſet camarinenſibus cū agrigentinis bellū gerere: non tñ facile perſuaderi poſſent: ut id aggredirentur. Nūc āt bellum omnino ipſo conſultore grauius: uel potius ipſe orator nō parui eſt ad miſeriam momēti. Opus tñ eſſet: ut enumeratis belli ſuſcipiendi cauſis plebē cōtra me excitares: ut iis perſuaſa ciuitate: tu uir bellicoſiſſimus inſcribereris. Vltor tātis ꝗ rebus ſurrexit: ſed nō uultis. ſigillatim enim plures cauſas: longe tamen alienas oſtenditis. Verum ſi quis his omiſſis: quom fas non uideatur: te ipſum perſpexerit: grauiſſime omnium duxerit puniendum. qui uēdita domo: poſſeſſionibus: & ſi quod in his paternum tibi erat mancipium. exercitum contra me alis & camarinenſibus nugas perſuades. Quod mihi nihil aliud quam te deſperaſſe ſignificat. & merito ſane: ſiquidem

multoꝝ maloꝝ cauſa fuiſti:& ciuitatē cogis:temeri/
tatē tuam:non ſuam ſequi ſententiam.

Epyſtrato.

n Oli me ad tui ultionē cogere:quom ter iā tibi
pepcerī:neq; te ꝑiculis āplius exponas: qm̄ aliena a
phalaride miſericordia ē:quā & ſi uos đprecatiōibus
colitis.nos tamen tyrānica ira utemur.

Aryphoeto.

n Oli recēſere eaꝝ numeꝝ quos ī tauro abſūpſi
mus:plures.n.ſūt ſi eoꝝ opera diſquiras:quā nomia.
tamen:quom eiuſmodi eſſent:ſub noſtram uenerūt
poteſtatē .ſed nolemus ī tam florenti ætate ſeniorum
curas ſubires:miſeros enī quicūq; nos læſerunt oſten
dimus.Quom autē uitæ mutationes uidere cupias:
iam deſinas per deos admoneo.nō quod qcquā mali
abs te pati uerear:neq; enī muliebri manu interficieť
phalaris:ſed ne iis ānumereris q ī tauro pierūt . neq;
mihi īiuſtæ calūniæ ꝑs ad crudelitatē efficiaris :quō
te ulciſcar.qđ niſi mihi parueris:tibi forſitan maxīe
expectādū ē:đ hac quoq̄ admōitiōe poenas iure.

Agemorte.

ſ Enſī us tādē agemorte quo pacto rebus nr̄is cō
ſulueriūs:multis nāq; rōnibus nos dolore afficit exi/
mius hic prīcipatus:ꝑ quo ſtultus ego īnumeros la/
bores & ꝑicula:ſpōte mea ſubii. Maximū āt malū in
eo expertus ſū:niſi bōi & māſueti uiri a nobis beneſi
cia uelit accipe.Veꝝ ſi cui īdigētiū aliqđ cōferimus
peſſimos eos eē neceſſe ē.Vos:n.ꝓbi uiri neſcio q̄ rō/
ne mea oīa aſꝑnamī.qđ aliud cāæ ē:q̄ qđ bn̄ficia ac

